



**Nauicula siue speculum fatuoru[m] Prestantissimi
sacraru[m] literaru[m]**

Geiler von Kaysersberg, Johannes

Argentorati, 24. Jan. 1513

25 Optantiu[m] (wünsch narren) Nole. Optare longam vita[m]
pulchritudine[m]/ edes/ sup[ro]pellectile[m] p[re]ciosam/ filios/ auiaria/
diuitias [et] pote[n]tiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70346)

Optatiuorum

agā. Sicq; oia referant vt debiliori equo (dem grōmelin) imponā
tur. Quanta hec stulticia q̄so: Sed qd̄ erit: Loco vigiliaz ⁊ ieiunioꝝ
dormitabit ⁊ dormiet/ō: ones nulle/sed genua ⁊ suspiria/ ⁊ nihil erit:
sicq; nemo erit q̄ onus p̄nie portare velit. Noli ḡ frater p̄crastinare p̄
pter dei benignitatē differre solutōem debitor/ p̄ctā dimittere: s; mox
excitas te. Quanta infania est (ne dixerim stulticia) in luto iacere: ⁊
indevolūtariē nolle exire mor/ sed differre: P̄ctm̄ oī immūditia mai⁹
est. Unica em̄ macula p̄cti adeo deturpauit lucifery/ q̄ pulcherrimus
S erat angel⁹: vt absq; horrore p̄spici nō possit ab hoīe. Quāta ḡ fatu⁹
tas/ q̄ hō a p̄ctō differt erit: Infania quāta: cadit asin⁹ tuus in lutū/
⁊ vis eū mox extrahere: tu at̄ i mat⁹ si incidere vis differre. Cadit asi
na (clamat Bernard⁹) ⁊ est q̄ subleuet: perit aīa / ⁊ nō ē q̄ recogitet. Nō
ne si q̄s in aquā ceciderit. p̄fundā ⁊ adhuc supenatat/ sed incertum sit
qñ̄ debeat descēdere in p̄fundū sicut lapis: fatuus est q̄ differt tali sub
uenire dū p̄r: ⁊ p̄cipue ille fatu⁹ est q̄ est in piculo/ si petat dilatoem sui
succursus dicēs: Nolo adhuc mihi subueniri vsq; ad damnū. Respy
cit nostros fatuos hec similitudo. Nimirū q̄ in p̄ctō mortali est/ cecidit q̄s
in aquā p̄fundā/ incertus qñ̄ ad p̄fundum inferni descendere debeat:
Et cum ad p̄niam mouet/ quasi q̄dam tabula ei porrigitur/ in qua de
naufragio euadat. Penitentia em̄ est secūda tabula post naufragiū:
fm̄ Hieronymū. Nonne ḡ fatuus est p̄ctōr/ si differt tabulā istā recipere
vel si nimis paruā q̄rit/ q̄ eum naufragio liberare nō possit: vel si post
q̄s sup̄ eam ascēderit/ illam dimittit p̄usq; ad securitatē port⁹ p̄ueni
rit: Mira infania est/ q̄ hoīes postq; tabulā ascēderūt/ itez in mare
volūtariē insiliūt. Succesa est dom⁹ igne p̄cti/ q̄ tibi bona tua natura
lia iugit̄ p̄sumit: ⁊ cur o fatue adhuc non curas eū extinguere: Q̄ de
abscondi ignē in sinu meo: ⁊ exusto iam latere/ nudatis tā viscerib; tam
sanie defluēte/ adhuc p̄sulendū est an excutiā illū: Quis tā fatu⁹ vt su
p̄ his p̄sulendū diu putaret: Resipiscam⁹ frēs/ ⁊ nō sim⁹ de numero
hoꝝ fatuoꝝ. p̄crastinantiū solutōem tot debitor: sed in tpe oportuno
incipiamus dū dices est/ vt gl̄am inueniam⁹ hic in via/ ⁊ alibi gl̄am in
patria. Ad quā p̄ducatur rē.

Feria. iij. post Letare. xxviii. Martij.

Stultoz infinitus est numerus. Eccl̄s. j. Euangelium.

S ⁊ **T** Tricesimaq̄nta turba stultoz est optatiuoz (wūnsch nar
ren) Ipi sunt q̄ optāt ea q̄ magis sūt nociua q̄ vtilia: q̄lis
fingit̄ fuisse Nidas rex P̄brygū. Quid. x. meta. Qui ops
tabat vt oia q̄ p̄tingeret fieret aux: q̄ facto etiā panis ⁊ vi
nū aux fiebat: sicq; perijt. P̄nt at̄ hi fatui inumeris dinosci nolis/ fm̄
q̄ multa sunt q̄ stulte ab hoīb; optari p̄nt: q̄ enumerant a Fr̄cis. Pe
trar. in suo de rene. vtriusq; sortu. li. j. Que omnia possunt in nolas

Turba. XXV. X

transformari et constari. Ego tamen solas septem pducam.

Prima igitur nola est: optare longam vitam. Sunt multi qui longam vitam exoptant. O stulte nescis quod optas. Et quod opto? Seneca: quae plena miseris et erumis. Optas fieri pallidus/egrotus/deformis/rugosus/tremulus/in membris/cerebro et voce/nasum stillante: effici onerosus omnibus/vrou/pueris/et tibi ipsi maxime. Optas longam vitam: longam vitamque miseriam et penam/et quid timeas in nouis esse infortunius. Si vis nosse quod optes/dum longam vitam optas: vide Frater Petrar. ubi super li. j. ca. j. Et singulis in illo notabili prope dicit siue catalogo miseriarum huius vite: ubi ait: est area laborum.

Secunda nola: optare pulchritudinem et corporis formam eximiam. Sunt qui esse optant se formosi et pulchri. O fatue/et tu nescis quod optas. Et quod est: nonne res preciosas et viles: audi: Optas velut oculis/laqueum pedibus/alis vis scilicet: haud facile seu haec discernere/seu virtutem scilicet poteris/seu in altum euolare aio: multos enim ad honesta progeres forma detinuit/detorsit/et in contrariam parte. Optas grade scandalum et peccandi occasionem. Quid quod fecit a Paride rapti Helenae: quod stuprari Lucretiae: plane formositas egresgia. Sed ut nostra loquimur: Dina fuit a Sichone rapta/vitaeque quae non gibbum habuit nec strumam. Uis adhuc audire quod optes: optas flosculum cito marcescens: ecce breuissimum tempus erit/quod omnis habitus huius coloris mutabitur. Cadet flaua cesaries/reliqua albescens: tenebras genas et serena frontem squalentes arabum ruge: letas oculorum faces et lucida sidera mesta teget nubes: leue dentium ebur ac candidum scaber sit obducat. atque atteret: ut non colore tantum/sed tenore alio sint: recta ceruix atque agiles humeri curuescent: guttur leue crispabit: aridas manus et recuruos pedes suspicaris tuos non fuisse. Quid multa: veniet dies qui te in speculo non agnoscas: et haec omnia quae abesse multum eximas/ne quod improuisis monstris attonitus non prope dicit dicat: hinc iam tibi si vivis dicto citius euertura denuncio: quod si mihi non credis/tunc te partem miraberis transformatum.

Tertia nola est: optare edes magnificas/latas et proprias. O si habere magnificas et honorabiles edes/esset mihi honor. Erras frat: non tibi sed opifici gloriam parit edes artificiose extructe: architecti laus est/ non tua: non domo dominus/sed domino domus honesta da. Euge quanta honesta te attulit tugurio suo beatus Antonius/et eremita Paulus/et Ebrus prope sepio: quippe dum Ebraeus propepe querit magni transitu superbi Herodis lectulo. O vitam latas habere edes. Si latas haberes/vna est vrbium et domorum lex: non statim melius habitat qui latius: neque enim quae late habitet/sed quae late requirit ad beatam vitam. Sepe vel in palatijs regum labor dolorque habitant/vel tugurijs inopum quies et gaudium: quod si amplitudo domus aut forma prestatet/nobilissima artium est: architectura (Ove enim ista manebit) in ampla domo. O decus si tantum habere propria et perpetua habitacionem. Et ut quod ita o frater: putasne tibi hanc contingere posse habere? Non vitaeque immo pro parui temporis incolatus/instat dies commigrandi/ciucum fingis/

R ij

Optatiuorum

aduena es ductoq; habitas: veniet q; te nudū larib; hīs exturbet.

Quarta nola est: optare suppellectilē p̄ciosam. Et sunt ne z hi stultic: Stulti vtiq;. Qus scire qd optes? Optas iuge bellū nō cū furibus modo; s; cū murib; tineisq; z aranee z rubigo/fumusq; z puluis z imber in vos dimicāt. Q diuites delicati qb; armis hos hostes arcebit; z Optas laborē multiplicē: nunq; decit qd recusās/qd numeros/qd p̄plices/qd excutias/qd abstergas/qd oculos simul z mulceat z offendat. Quid multa: si optas magnam suppellectilem/optas magnum impedimentum.

Quinta nola: optare ortum filioꝝ. Q si pueros haberē: vtinā mibi ozirent filij. Quid optas (Ein sorgbrunnē: ein surbrunnē) optas in domo tua: tibi emanet fons grauiū curaz: nunq; sine metu atq; angorib; vitā ages. Optarē filios p̄creare: vtinā parerē filios. Q fatue optas serere arborē in herbausto p̄colēdā studio: q; te dū viuas exerceat: cuius nullos fors itā aut seros/z fortasse post obitum fructū legas. Quid optas o fatue? Optas magistꝝ tibi nasci q; te doceat qd nunq; nouisti: z qd h; est: audi. Nec timere nec sperare nec vota facere noueris: en disces tuo piculo. Disces z parētēs ozbos miserari. Disces z in breui vita lōgas curas terere/teq; lōgiora negotia ordiri. Disces his q; nihil ad te p̄tineāt torq̄ri/q; visurus nunq; sis disponere. Ad postremū disces amare plus aliū q; te. Disces ardentissime diligere/te p̄dissime diligi. Duras plane artes: ecce docebit te h; quē optasti magistꝝ. Habes qd optas dū filios optas.

Sexta nola: optare auuaria/aues loquaces z canoras. Vellē habere auuaria z varias aues in eis includere. Ad qd q̄so: vt māducē: iam pisciū minus mirer ergastula. Sūt z volucꝝ qb; latior z liberior patria celū erat. Inuenit gula venatōem/inuenit piscatōem/inuenit aucupiiū: nec cepisse satis est q̄s liber as naturā creauerat/nisi etiā afferuēt. At quāto erat honestiꝝ gulā cogere parabilib; atq; facilib; p̄tensari: z siluas feris/marta piscib;/aerēq; volucꝝ inq̄re/ q; in his tantū studij ponere/quātū si captādis in vturib; poneret: illas p̄dem (naz minime sunt sagaces) optimo studio q̄sitas/intra animi habitū clausissetis: vñ nec effugere possent nec auferri. Vellē habere loq̄ces coruoz/picaz z psittacos. De coruiz mirabilia lego. Dic ex Franci. z Macrobio. De picis similr mirabilia: dic ex eodē li. j. de reme. vtriusq; fordia. lxiij. z item de psittacis. Sed qd bec oīa o frater? Adde si placet z aues canoras: scio em q; z has h̄se optas lucinas. s. Quid inq; bec oīa optas? Lubet ad te exclamare qd sapiēs: Vsq; quo puuli diligit infantia: Sinite o ceci aues in siluis agere/midificare z pasci/z canere z errare: vos inertis plumas animi ad celū pandite atq; humo vos at tollite: enitimini nō volucres captare/ sed volucres fieri.

Septima nola: optare diuitias z potētiam. Longū esset enarrare

horū p̄cula z̄ infaustissimos fines/miserias z̄ infamias: q̄s q̄ noscere
 voluerit interroget Fr̄ac. Petrar. q̄ hec luculētissime describit. Sicq̄ **M**
 dem z̄ hora transiit z̄ euāgelii p̄lixū fuit. possent ex Franc. innumere
 nolle adduci: sicut z̄ sup̄ de p̄s̄a fort. Nost̄z̄ erit nō talia aut eis similia
 optare. Sed hec q̄ recitat Iuue. videlz̄: Optrādū est vt sit mēs sana in
 corpe sano. Et bona fama/fides/z̄ mox̄ vita bonoz̄. Et sedeat h̄rus
 in casto pectore fulgēs. S; quid gentiles p̄duco: Veniat sapia eterz̄
 na Christus Iesus/z̄ doceat stultos illos q̄d optare debeāt. Et q̄d h̄
 est: Illud q̄d petere iussit: si q̄dē q̄d h̄ petere/h̄z̄ optare. Ip̄a sunt septē
 numero q̄ optare h̄z̄: vt sanctificet nomē suū: adueniat regnū suū: fiat
 volūtas sua: vt det nobis panis q̄ridian⁹: dimittant̄ pctā nostra: non
 inducamur in tentatōem: z̄ liberemur a malo. Nec sunt q̄ optare des
 bemus z̄ ozare. Quicq̄d p̄ter hec desiderat/optat̄ aut petit/stultū est:
 q̄ nō fm̄ summā sapiam. Simus ḡ in bona pace/z̄ relinq̄mus om̄ia
 diuine volūtati: q̄ sit benedicta in eternū. Amen.

Veria. v. post Letare. xxix. Dartij.

Stultoz̄ infinitus est numerus. Ec̄s. i. Loco euāgelij dixit
 reliq̄as besterni sermonis. s. sexta z̄ septimā nolas.

Tercia nola: inuitilr studētū vel docētū (Stu
 diennarrē) Dico norant̄ inuitilr studētū: q̄ q̄ vtilr studēt/
 mbil bis prudētius. Dinoscunt̄ at̄ nolis q̄ elici poterūt ex
 Hugo. de seto Uic. in. iij. li. didascalon: z̄ Polieratico Ja
 an. li. vij. z̄ Berfone p̄tra curiositatē studētū: z̄ Bernardo sup̄ cātica
 sermo. xxx. vij. z̄ Decreto. xxx. vij. dist. vbi Hieronym⁹ allegat̄ z̄ Holko
 lectione. lxxxj. A.

Prima nola: inuitilr gr̄maticā discere aut docere. In donato cas
 casualia z̄ tpalia. In p̄ma p̄te de subiecto attributōis/z̄ de habitib⁹ in
 intellectualib⁹: q̄d scire est iam magistroz̄. p̄uectorz̄: z̄ p̄inet ad. vj. et h̄is
 co. Et in p̄te. ij. de q̄nq̄ figuris/regimie gti/z̄ impedimētis: q̄z̄ aliq̄ue
 sunt pon⁹ elegātie q̄z̄ incōgruitates: quēadmodū in elegātis Jacobi
 Sletstatiē. videri poterūt: q̄ z̄ gr̄maticas pueris vtilis recenser/z̄ q̄d
 ignominie pariat eius ignorātia docet.

Secūda nola: in dialectica diu⁹ torq̄ri. Bona est logica/vtilis et **N**
 necessaria in oi scia/dummo tpe suo dinoscit̄. Nā z̄ de Aueroi d̄t (vt
 credo) Auicēna/q̄ eū errare fecerūt ignorātia logice/inexperētia z̄ cō
 fidētia p̄rij ingenij. Q. si nimis discit̄ aut docet̄ nocumēto erit: testis
 est Hiero. xxx. vij. disti. Nōne vobis videt̄ in vanitate sensus z̄ obscuri
 tate mētis ingredi illū q̄ dieb⁹ ac noctib⁹ in dialectica arte torq̄t̄: sem
 p̄ acūt/nunq̄z̄ secant.

Tertia nola est: rheroricā negligere z̄ poetica p̄taminari. Est nobis
 ha ars oratoria: q̄ quā est nobis suadēdi z̄ dissuadēdi facultas oppoz̄